

animal, quod omnes derideant, unde apud *Varronem* aliquis  
Scholasticorum natio madens pingui.

Hinc solenne etiam scommata seu dicterium, quod nostri hodie *Che-  
rilefchi* in ore frequenter gerunt, quo hominem ἀρχαίον καὶ ἐνηθῆ, in-  
eptum rerumq; civilium imperitum appellitant einen *Schulfuchs*  
*hominem de Scholá* (quamquam id longè honestiùs intelligat *Cicero*)  
uti *Johannes Bodinus*, qui asinos suæ patriæ tanto commendavit ope-  
re, adversarium quendam suum ita satis contumeliosè nominavit,  
quod legetis apud *Cunradum Rittersbusium* in eruditissimo libro  
Commentario in *Salvianum Massiliensem*. Quibus tamen *Sycophan-  
tis* ex *Plinio Secundo* (γ) respondere licebit, qui postquam *Isaem* com-  
mendaverat & *Scholasticum* esse dixerat, subjunxit: *Quo genere homi-  
num nihil aut simplicius aut sincerius aut melius; nos enim, qui in foro ve-  
plicem risq; litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus.*  
Et a- Longè fanè *Scholastici* homines, ab illis absunt & abeunt, quos in  
pertū. quodam capite (δ) *Genialium Dierum* adeò vivis depinxit coloribus  
*Alexander ab Alexandro*, ut perpetuus ejus Commentator *Andreas  
Tiraquellus* nihil addiderit, nisi illud, *Caput istud nullis scholiis indigere.*  
V. Interim inde ortum est, quòd *scholasticum* opponatur *præctico* sive *se-  
Um- rio*, sintq; *scholastici*, qui in *schole* tantum *umbra* manent, nec in *fori* sese  
brati- lucem conferant, *fictis* tamen *caussis* & *declamationibus* sese & *alios* ex-  
cum- ercentes, unde & *Plinius* in *epistolis* *scholasticum* & *umbraticum*,  
& pri- *ὡς ἰσοδυναμῶντα* conjunxit.  
Datū. VI. Demus verò, quod *Henricus Stephanus*, quem in primo Pro-  
grammate produxi, in *tertio Tomo Lexici* annotat, idq; tum ex *Aristo-  
Otio- tele* & *Plutarcho*, tum *Plinii epistolis* probare nititur, *Scholasticum* su-  
sum & mi pro *otioso*, plerunq; enim hodie perinde otium incusant, qui malè  
igna- illud olim collocaverunt, nec *Euripidis* sæculo infrequens erat ista  
dum. querela.

Haut est, ut is, qui vir fiet prudentior,  
gnatos velit subtiliùs formarier.

Nam

(γ) lib. II. epist. 3. (δ) lib. VI. c. 16.